

cos inflexione genere masculino Brótias, Ombrias, & Ceraunias, (vt Aeneas,) efferre malim: est autem ea quoque adiectiua ferè terminatio, (vt ab ὄμβρος, ὄμβείας,) & substantiuum masculinum λίθος, id est, lapis, quod vtrique linguæ cōuenit. Nam λίθος in foeminino genere gemmam ferè, non lapidem significat, apud meliores auctores. interim Ceraunium quoq; lapidem, Ceraunium petram, & Ceraunium saxum proferre licebit. Sunt autem Ceraunia (saxa subaudi) vel Acroceraunia, montes Epiri in mare extensi: quorum meminit Ouidius de Ponto, his verbis:

*Quum poteram recto transire Ceraunia  
velo,*

*Vt fera vitarem saxa, monendus eram.*

Item Horatius:

*Infames scopulos Acroceraunia.*

Et alij quidam. Sed magis placet, vt dixi, terminatio primæ declinationis in *ias*, quæ inter adiectiua & sub-